

ut part: נק maneat nota similitudinis usitato Ebraeis loquendi modo & נק per sepulchrum explicetur, neq; particula ו vel ל in hac voce subintelligatur, quod in prima factū est, Posuit cū improbis sepulchrū ejus, sed cum Divite (sc. posuit sepulchrū ejus) in Morte ejus. Quod sc. initio quidē tale sepulchrū Christo destinatum fuerit, quale habere solent homines facinorosi, quando eidem mortis generi fuit adjudicatus; verū quod nihilominus in morte ipsius, sive quando jam fuit mortuus, aliud sepulchrum ipsi adjudicatum fuerit & obvenerit, hōminis scilicet, maximē divitis, idq; propterea quod nemini fecerit injuriam, nec dolus inventus fuerit in ore ipsius uti sequentia habent.

III. Q. An hæc verba πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος, quæ habentur Ebraeorum 4. v. 13. non possint ita reddi: Apud quem nobis est verbum illud; ut scilicet, verbum Ebraeis Evangelizatum, quod 9. 12. describitur, dicatur esse apud eum, coram quo nihil sit absconditum & c. qui sit ipse Christus.

IV. Q. Utrū Ps. 8. quādo dicitur 2. ס'משה ל'ג'ד'ה'ה'ת'ת'ש'א Qui vel Propterea quod ponis Decorem tuum supra cælos, per Decorē Dei nō possit cōmodē intelligi ipse Dei Filius.

V. Q. Utrū hæc verba, πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην Luc. 11. 9. 4. nō possint & debeant ita explicari; Potius interna dare Misericordiā; uti Flacius vult in voce Dare & Eleemosyna.

VI. שדד nunquam denotat cadaver in Sc. S. uti nonnulli Lexicographorum volūt, videtur etiam hæc vox per Animā commodē explicari posse Ps. 16. v. 10. ut per ל'נש' maximi intelligantur cruciatus, quos anima Christi sustinuerit.

VII. Nō opus esse videtur ut particulaַ ו & ׀ per quasvis explicentur in illis locis, quæ citantur à D. Tarnovio in exercit: ad locum l. 1. Sam. 6. 2, 25. sed commodius reddi posse putamus easdem per Nam vel Quia, vel aliam particulam.

VIII. Quando Ezech. 9. v. 4. Thau inscribi jubetur frontibus gementium, quæritur utrum illud Thau sit accipiendum in sua significatione, à verò pro ultima Ebraeorū litera, quæ vel integrā dictionē exhibeat, vel tū tēporis fuerit signū cruci

IX. De Nomine Maccabæi placet nobis sententia Sch'kha qui judam Maccabæum vexillis suis has literas ו'כ'כ'ד inscribendas curasse testatur ex c. 15. Exod. 9. 11. Harum verò litterarum cabbalisticam lectionem cum ignoraverint Milites, legisse eisdem Maccabai & belli ducem inde denominasse,